

cura <sup>(a)</sup>, non omnes sanari; quin ex eis <sup>(b)</sup> plerosque vel mori protinus vel diu languere, sive morbi hoc accidat causa, sive culpa languentium, sive ipsorum imperitia medicorum; quosdam etiam vel acutioribus morbis afflictos vel diuturna invaliditudine consumptos ac etiam a ceteris desperatos, per imperitos tamen medicos ac superstitiosas mulierculas ad pristinam sospitatem revocari; et insuper medicos eos, qui peritiiores habentur, fere semper ad <sup>(c)</sup> invicem dissentire, ut discerni nullatenus aut vix possit uter recte sentiat; omnes tamen lucra <sup>(d)</sup> magna percipere; sed illud in primis cum sciret, quod nescit nemo, quodque pre omnibus securiore eum reddidit professionis negotiique subeundi: non sumi supplicium de medicis qui in alienum exitium et in caput vitamque hominis <sup>(e)</sup> errassent, nichil dubitavit artem aggredi, que tantam haberet incertitudinem et tam certam immunitatem, ut artificibus suis de re maxima errare impune liceret. ut ergo prompta subessent, nec necesse haberet quando requisitus, tunc primum consilia a libris exquirere; quod [cum] <sup>(f)</sup> haud temere solitum est vel ab <sup>(g)</sup> aliquibus servari, qui et scientia et usu medendi excellentiores habentur; ipse quotidie domi sedens, cum progrediendi tempus nondum advenisset, in separatis ac brevibus cedulis remedia scribebat, que medicine auctores in longos ordines digesta pro multitudine ac varietate morborum magnis voluminibus comprehendenderunt, scriptaque, uti casus tulerat, conge-rebat in saccum. quo individuo comite foris utebatur, et verbis et habitu corporis atque omni gestu medicum preferens, ut non admodum insignem, ita nec prorsus abiectum, nisi quod exigua mercede poscentibus dabat prescripta remedia, ne scilicet carioris forsitan pretii <sup>(h)</sup> denuntiatio venientes ad se repelleret, ut sunt plerique vilioris animi, qui aurum quidem plurimi <sup>(i)</sup>, incolumentem vero, que omni auro pretiosior est, minimi ex[is]timant, dum morbos apud <sup>(k)</sup> se diu nutrire malunt quam pro eiciendis tam molestis hospitibus uberius <sup>(l)</sup> quicquam impendere. cum autem quispiam vel sibi vel alteri salutis consilium, oblata mercede, postulasset, ille

curati dai più celebri medici,

e, all'incontro, che dei malati gravissimi e già spacciati possono esser guariti da ciarlatani o da donne superstiziose;

I addove quasi sempre i medici più esperti si contraddicono, fuorché nel guadagno,

nè interviene mai che paghino il fio de' loro errori capitali;

si mette anch'egli ad esercitare quella arte incerta e pur tanto sicura.

E, poichè non voleva, come fanno certi medici solenni, consultare i libri sul posto,

ogni giorno innanzi che uscisse di casa, scriveva su certe schede le ricette per i diversi mali, e le poneva alla rinfusa dentro un sacchetto.

Indi usciva con questo, dandosi un contegno da medico non dozzinale, eccetto che offriva le ricette per pochi danari,

giacchè sapeva la gente esser sempre spiloria quando trattasi di liberarsi da una malattia.

E quando gli si chiedeva un rimedio, metteva la mano nel sacchetto,

(a) R om. cura      (b) BR quam ex eis      (c) CR om. ad      (d) B omnes cum lucra  
 (e) B vitam hom.      (f) R tum ma la parola va meglio espunta o corretta in tamen (in)  
 (g) R om. ab      (h) Codd. cariore forsitan pretio      (i) Codd. plurimum      (k) R morbos  
 diu apud      (l) B ubivis